



EXCEPTIO SPOLII

*Illustrissimo Principi Ernesto Joanni Curlandia & Semigallia
 Duci, ejusq; Consiliariis Supremis opposita à Gene-
 rosa Nobilitate Curlandia.*



Postquam Illustrissimus Dux Ernestus Jo-
 annes, ejusquè Consiliarii Supremi, vi-
 vente & regnante adhuc Divo Serenissi-
 mo Rege Augusto III. Anno 1763 contra
 Formulam Regiminis, & Privilegia No-
 bilitatis, sine justa, legitimaquè causa, &
 sine judicio, complures Nobiles officiis pu-
 blicis. & possessionibus bonorum Ducalium, bona fide
 & justo titulo habitis spoliarunt, illisque magna da-
 mna intulerunt, taliquè modo Formulam Regiminis,

A & Jura,

& Jura, ac Privilegia Nobilitatis Curlandiæ, admodum violarunt; Proindè Illultrissimo Duci ejusquè Consi-
liariis supremis, uti actoribus & delatoribus, nomine
Generosæ Nobilitatis Curlandiæ, reconventionaliter ci-
tatae, exceptio spoliè opponitur.

Quod spolia commissa sint, hoc ex ipsa notō-
rietate constat. Siquidem ultra sexaginta Nobiles be-
nè possessionati, per manifestationem die 5ta Januarii
Anno 1764 in Actis Notarii publici interpositam, te-
stimonium perhibuerunt, quòd complures Nobiles, si-
nè legitima causa, & sinè Judicio, Officiis publicis, a-
lii autem possessionibus bonorum Ducalium, bona fide
& justo titulo habitis spoliati, illisque magna damna
illata sint. Proindè humillimè petitur hanc excep-
tionem spoliè, uti in Legibus Curlandicis benè funda-
tam admittere, & commemoratos actores in his Ju-
diciis S. R. Mtis non priùs audire, quàm omnes No-
biles spoliati, in pristinam possessionem Officiorum pu-
blicorum, & bonorum illis ademptorum, cum fructi-
bus, damnis, & sumptibus, plenariè fuerint restituti.

Secundùm aequitatem, & secundùm jus com-
mune, spoliati ante omnia sunt restituendi; & excep-
tio spoliè pariter, in omnibus Juribus, praesertim
autem in Legibus Curlandicis, distinctè sancita est.
Sinè his legibus autem nemo Incolarum securitatem
suae possessionis haberet, quia potentiores facili ne-
gotio debiliores spoliare, opprimere, ac Judices in
propria causa esse possent, quod tamen est directè

contra

contra Privilegium à Divo Serenissimo Rege Sigif-
mundo Augusto Anno 1561. Nobilitati datum, & con-
firmatum, & quidem ejusdem Articulum 18. & 19.

„ Omnia Jura, & Privilegia Nobilitatis Cur-
„ landiae, in Constitutionibus Comitiorum
„ Convocationis & Coronationis iterùm ap-
„ probata, & confirmata, ac non minùs Do-
„ minis Cancellariis optimè commmendata
„ sunt. Quidquid in hīs Supremis Judi-
ciis Relationum S. R. Mtis per sententiam pronuntia-
bitur, hoc inferioribus Judiciis in Curlandia normam
dabit. Proindè Nobilitas Curlandiae firmissima spe
nititur, fore ut per hujus Supremi Judicii S. R. Mtis
iustissimam decisionem, Jura, & Leges Curlandicæ, ul-
teriùs in pleno vigore conserventur.

Otto Christophorus ab Howen
Minister Status Electoralis Saxoniae
Landhoffmeisterus & Consiliarius Supremus
ac Delegatus Generosi Ordinis Equestris
Curlandicæ & Semigallicæ, Ejusdemque
Plenipotentarius.